UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs Perutilis

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

Visual Library

*ad rapiendũ, ſi quem inuenerit negligentius ſe habentẽ. Et ideò ſacerdos Eccleſiaſticus, vt prudens Agonicheta, quanto in maiori periculo videt milites fore, tanto munit eos amplius ſua benedictione: vndè & humiliari capita præcipit, & deinde benedicit, quod prius virtutũ ſumus ſpecimine veſtiẽdi, & ſic benedictionis gratiam habituri. Huius benedictionis extremæ puto figurã fuiſſe benedictionem tàm Iacob, quàm Moyſi in extremo ſpiritu. Et de illo quidem in Geneſi ſcriptum*
Gen. 49. *eſt: Benedixit Iacob ſingulis benedictionibus proprijs, & præcepit eis dicens: Ego congregor ad populum meum, &c. quæ ſequuntur. De alio*
Deut. 33. *verò fit in Deuteronomio. Hæc benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei filios Iſraël ante mortem ſuam.*

*CAP. V*

*Sunt*

SVnt & aliæ benedictiones communes, quibus in menſis, cibis, & potibus ſolent benedicere ſacerdotes. Has figuratas legimus in Geneſi. Cùm Iſaac Iacob benedixit, ſicut ſcriptum eſt: ſtatim vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Vbi dicit Hieronymus, tradunt Hebræi primogenitos functos officio ſacerdotum, & habuiſſe veſtimentum ſacerdotale, quo induti victimas offerebant, antequā Aaron eligeretur in ſacerdotium. Vt autem cauſa compēdij de his benedictionibus tranſeamus, videmus cùm familiare colloquiū cum viris ſanctis habemus, cùm ab ipſis recedimus, benedictionem in vltimo poſtulamus. In cuius figura legitur Abraham à Melchiſedech benedictus.

De communibus benedictionibus quæ fiūt in menſis & cibis.
Gen. 27.
Gen. 14.

CAP.